

1768
27

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
AD
SACRA PASCHALIA
ORATIONE ANNIVERSARIA
IN TEMPLO ACADEMICO
PIE CONCELEBRANDA
INVITAT.

*De Romana Ecclesia irreconciliabili.
Spec. II.*

Vox prima reditui ex sepulcro Christi, est pacis votum, quo perterritos adhuc et dubios de vitae sua veritate, discipulos salutat, et fluctuantum animorum concitationes fedare studet:

Idque maximum omnino et pretiosissimum Dei beneficium, piaculari mediatoris morte partum nobis, eiusque gloria resurrectione confirmatum, quis non optaret, Deumque precaretur, ut perpetua, si fieri posset pace, omnes in viuierum Christianorum, in religione dissentientium, animi conciliarentur ad unitatem Spiritus, vinculo pacis seruandam Eph. IV. 3. Quam vero dolosa pax sit a FEBRONIO nobis proposita, quam sint insidiosae pacis nobis oblatae conditions, superiori Programmate, natalibus Christi sacro satis demonstrauimus, similque quam sit *irreconciliabilis Romana ecclesia*, primo ex pertinacia eius in tuendis suis erroribus probare coepimus, in qua re ita versatur FEBRONIVS ipse, ut confessionis in doctrinae articulis, vel ne principalioribus quidem, spes nulla prorofis nobis relinquitur. Documento fuit I. *cultus sanctorum*, quem nuper iam aduersus FEBRONII vindicias ex Scr. S. oraculis refutauit. Fac enim, nosce eos, vt ille quidem putat, quae nobis eueniant mala, quibus indigeamus bona, et orare pro nobis: Numquid ideo inuocare eos liceat? cum nullum eius rei ex scripturis proferri possit, siue *testimonium* probabile, siue exemplum. Damnant potius oscula diuina eos, qui colunt τας μη Φυσι Θεος Gal. IV. 8, qui creaturas venerantur πρωτα τον ιεποντα Rom. I. 25, eamque idolatriam vt cultum daemonum improbat Leu. XVII. 7. Deut. XXXII. 17. Ps. CVI. 37. 1 Cor. X. 20. Apoc. IX. 20. Vbi nam vero locorum, per Deum te obtestamur FEBRONI, vbi vel tantum permisit Deus, quanto minus praeccepit vnuquam, beatos coelites inuocare? Vbi nosti piorum aliquem, siue ex V. siue ex N. T. tabulis, cui in menrem hoc venerit vnuquam, vt vel vnum ex Patriarchis, Propheticis, aut Apostolis Iesu Christi, post eorum ex hac vita migrationem inuocarent? Iudeorum forte animum subire eius rei cogitatio facilime poterat, vt precibus suis Abrahamum adirent, de quo suo parente communi vel maxime alias ostentare consueuerunt, cuius in finu aeterna felicitate gaudere sperarunt. Tantum vero absit, vt tale quid vnuquam in animum iis incideret, vt potius in maximis constituti rerum suarum angustiis, spem omnem expectandi alicuius ab Abrahomo auxiliis, penitus abiicerent, omnem in Deo solo fiduciam ponentes, ab eoque

III

eoque uno parente suo et optimo opem efflagitantes his precibus : tu es pater noster ; siquidem neque Abraham nouit nos , neque Israel nos curat ; tu autem es pater noster et redemptor inde ab antiquissimi temporibus Es. LXIII, 16. Cur igitur non idem agit ecclesia Romana , vt ad Deum solum suis precibus confugiat ? Cur nobis hoc viatio vertit , quod est nostri in Deum officii pars sanctissima ? Cur audit , quod nunquam sibi licere , vel vetus Iudaica , vel Apostolica credidit ecclesia ? Cur non potius , si id licere credit , sanctos ex Patriarchis , eosque inuocat , quorum Deus ipse , multum apud se valece preces , diserte declarauit , vt Noachum , Danielem et Iobum Ezech. XIV, 14. 20. Si nihil , praeter beatorum apud Deum deprecationes , inuocatione sanctorum quaerit ; cur non suos quemque parentes et amicos pios atque beate defunctos , inuocare iubet ? cur eos tantum , quos in sanctorum numero ponere Pontifici Rom. placuit , quorum multos prudentiores ex Pontificiis iam expunxerunt , quos vel extitisse nunquam , vel sanctos fuisse , palam fuit euicatum . Qua , quaeſo , conficiencia panniculos venerari possunt Pontificiis ? Qua veritatis specie tam innocenter hunc esse cultum , a violatione praecepti diuinum Ex. XX., quam est imaginum uſus in Lutheranorum templis , perhibere audet FEBRONIVS ?

Videtur ille quidem paulo modestius disputare II. de traditionibus Append. 4. f. 97. 98. 123 - 128. quas vna cum connexis ecclesiae suae erroribus , de insufficientia et obscuritate Scr. S. , de librorum Apocryphorum , Patrum et Conciliorum auctoritate , leniter satis et moderate defendit , parum suae causae fidens ; at bene tamen sperans , fore , vt institutionibus vere ecclesiasticis nemo Iurisprudens resistat , qui nouit , etiam in civili republica ius diuidi in scriptum et non scriptum , bocque subdiuidi in traditum , et consuetudinarium . An igitur Iurisprudentiam diuinam pari , quam humanam , incertitudine laborare existimat ? An Deum putat , Corpus Iuris diuinum siue dedisse hominibus , siue conseruasse , quod quidem tamen vitaque ad beatitatem formandae causa constitutum , aequementis sufficere fatentur Iureconsulti , ad disceptandas ex scriptis eiusdem legibus atque statutis , causas quascunque , vel ciuiles , vel criminales , nisi in subsidium vocetur duplex ius illud non scriptum ? An causam religionis et salutis hominum in tanto discrimine a Deo positam esse credit , vt fidei morumque doctrinas , ad rectam Deum colendi ,

IV

lenti, vitamque aeternam consequendi rationem necessarias, non
 omnes scripto illo Sacri Codicis volumine comprehenderet, sed ma-
 gnam earum partem incertis committeret et dubiae fidei traditionibus?
 Tales enim sunt institutiones illae ecclesiasticae, quas patres priorum
 seculorum a viris apostolicis, illos autem ex ore Apostolorum acce-
 pisse et literis confignasse, communisicitur non tantum Romana ecclesia,
 easque ex scriptis eorum, sive potius fragmentis, mutilis plerumque
 aut spuris et secum inuicem saepissime pugnantibus, compilandas
 cuius et consarcinandas relinquit; sed etiam, licet vel ne historica
 quidem earum explorata sit veritas, apostolicarum adeo traditionum
 nomine eas venditare satis temere audet, quin immo impu-
 denter iubet, pari pietatis affectu et reverentia, quam ipsis. V. et N. T.
 libros suscipere, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu S. dictatus;
 atque continua successione in ecclesia catholica conseruatas, Concilio Trid.
 Seſſ. IV. Probat, si potuerint, que adeo arroganter de his suis
 traditionibus mentiuntur BAILIVS, qui Script. S. veluti literae mor-
 tuae eas quam longissime praefert, PET. A SOTO, STANIS L.
 HOSIVS, MELCH. CANVS, qui ampliorem iis, quam libris di-
 uinis, et efficaciorem tribuunt auctoritatem, STAPLETONVS,
 qui iis demum grauiora fidei mysteria, ipsumque religionis vſum et
 verum Scripturae sensum contineri statuit. Nos tanti Deum accu-
 fare criminis, merito religioni nobis ducimus, quod adeo sive perfide,
 sive negligenter egerit cum hominibus, vt ab hoc ipso tempore, ex
 quo veram religionem non amplius traditione orali, sed scriptis diu-
 nae reuelationis tabulis propagari et conseruari satius duxit; vt ab
 hoc ipso inquam, tempore, fidem hominum ad haec scripta volumina,
 tanquam ad tutissimam fidei vitaeque normam adstringeret Deut. 6. 9.
 Eſa. VIII. 20. c. XXIV. 16. Ioh. V. 39. 1 Tim. VI. 3. 2 Tim.
 I. 13., in hac ipsa vero regula, adeo multa, eaque grauissima doctri-
 nae capita morumque praecepta, vel omitta penitus, vel leuiter tan-
 tum et obſcure tradita, desiderari pateretur, quorum ad cognitionem
 ex traditione consequendam, mediocriter doctus quisquam non nisi
 difficulter, vulgaris homo nunquam peruenire posset, quorum tamen
 vterque ex scripto Bibliorum volumine, ad salutem necessaria quae-
 que facili intelligere poterat negotio. Neque adeo inique de Deo
 ex antiquioris ecclesiae doctoribus vel sensit aliquis, vel docuit vn-
 quam, ne AVGUSTINVS quidem, excitato a FEBRONIO lo-
 co, vbi de vſu traditionum rituali maxime loquitor, quem aequē ac
 hiffo-

V

historicum et exegeticum lubenter iis concedimus; doctrinalem autem,
ad confirmandas fidei vitaque regulas, solis vindicamus Scr. oracu-
lis. Ea enim sunt παραδοσις illa, ore primum a prophetis et Apo-
stolis tradita, nunc scriptis eorum θεοπνευστις comprehensa, de qua
Paulus 2 Thess. II. 15. admonet: κατετείτε τὰς παραδοσεῖς, λαυδατού-
σιος: ὅτι παθῶς παρεδωκαν υμῖν, τὰς παραδοσεῖς, κατεχετε 1 Cor.
II. 1., quas ipse seruare proficitur: πιστεύουν πάσι τοις κατα τον νο-
μον καὶ εν τοις προφήταις γεγαγμένοις Act. XXIV. 14. Eumque
nos etiam seruamus antiquae ecclesiae morem, quia non per alios di-
spersionem salutis nostrae cognovisse cum IRENAE O profitemur,
quam per eos, per quos Euangelium peruenit ad nos, quod quidem tunc
praeconiauerunt, posse vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tra-
dierunt (teste Paulo: εἰ τε δια λογγα, εἰ τε δι επιστολης 2 Thess. II. 15)
fundamentum et columnam fidei nostrae futuram adu. haer. L. III. c. 1.
L. IV. c. 63. Quare ad Scripturam prouocat CYPRIANVS Ep. 73.
contra Stephanum Rom. Pont., qui traditionem virget. Ea enim, ait,
facienda esse, quae scripta sunt, Deus testatur Ios. I. 8. Si ergo aut in
Euangelio praecepitur, aut in Apostolorum epistolis aut alicibus continetur —
obseretur diuina haec et sancta traditio f. 211. Obstinatio igitur est
et praesumtio, humanam traditionem diuinæ dispositiōni anteponere, nec
animaduertere, indignari et irasci Deum, quoties diuina praecepta soluit
et praeterit humana traditio, sicut clamat Esai. 29. 13. Marc. 7. 13.
1 Tim. 6. 3. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est — qua-
re, si in aliquo nutauerit et vacillauerit veritas, ad originem dominicam,
ad euangelicam et apostolicam traditionem reuertamur f. 212. Ad hanc
si reuertetur Romana ecclesia, nos quoque ad repurgata eius sacra
postemus reuerti, et fidem habere his, quae FEBRONIVS ait:
a tradimuntur eis sibi ipsa Catholicorum crīsis, et eo minus obtrudet eas
redituris in unionem. Quod si vero a nobis quaerit: scripturis subse-
cutis, an, quod praecepsit ius traditum, nihil amplius valere debet? ipse
quidem ad Iurisprudentes appellat; nos autem ad IRENAEVM et
CYPRIANVM appellamus, ad priscam ecclesiam vniuersam, ad ipsum
Deum appellamus, at oracula supra excitata, nec plus addimus, quam
hoc, quod Christus ait: Ioh. VIII. 47. Marc. VIII. 38. Matth. XV. 3.
διατί δε υμεις παρεβαίνετε την εντολην της Θεος δια την παραδοσιν υμων
v. 7. υποκρίσεις —

Longe vero difficultior videtur unio cum Romana ecclesia III. in
capite de sacrificio Missae, quam merito maximam LUTHERVS et

VI

horrendam abominationem nominavit; in qua tamen pertinaciter tuenda adeo irreconciliabilis omni tempore fuit, vt prius se omnia tormenta, membrorum dilanerationem et mortem passurum, quam Missam damnaturum esse, Cardin. CAMPAGIVS olim iam Aug. Vindel. pronuntiaret. Moderatus quidem ea de re FEBRONIVS disputat f. 103-106, qui, quoniam Missas, siccas etiam, multos bodinem Lutheranos facere, ex Aug. Conf. Art. 24. intellexit, facile nos in eo quoque nunc consentire posse arbitratur, vt Missam sacrificium esse, a sacrificio crucis diuersum, ei tamen nihil praecipitare credamus. Afferit eam ob causam ex Concil. Trid. Sess. 22. c. 2., contra hanc praeventionem a nobis derogationem, iniunctum huicufque hoc argumentum, quod ea-
dem hostia, idemque sacerdos sibi non derogat, et oblatione, quae facit per-
cipi fructus oblationis, factae in ara crucis, non derogat huius fructibus
ac virtuti. In his autem omnibus mirifice hallucinari FEBRONI.
Missas quidem facimus ex Aug. Conf. sententia, quotiescumque coe-
nam Domin. secundum institutionis Christi normam celebramus;
Siccas etiam facimus, si purioris antiquitatis sensu preces, reliquaque
liturgica, sine Eucharistiae celebratione, hoc nomine intelligantur, de
quo v. CALVÖRII Rit. Eccl. P. I. L. II. c. 69. f. 759. Tales au-
tem facere abhorremus, quales vos secundum Canonem Missae faci-
tis, siccias ideo merito nominandas, quia sine calicis vsu sunt, inique
Laicis detracto, superstitiosas propterea, quod ex consecrato pane,
vi commentitiae transubstantiationis, *) nouum Christum creare,
eumque veluti nouum aliquod sacrificium piacularre, pro viuis et defun-
ctis, pro poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus, offerre Deo te-
mere audetis, ex decreto quidem Concil. Trid. Sess. 22. Can. 3., non
autem ex mandato Christi, cuius institutioni et doctrinae totum hoc
sacrificium Missae penitus repugnat. Ad manducandum enim, quod
ipse fateris, adeoque non ad immolandum, Christus se nobis exhibet
in Eucharistia, vbi separatim corpus suum, et separatim sanguinem
suum; non utrumque quidem comedere iubet, vt tu dolose pronuntias,

qualis

*) Disputat de ea FEBRONIVS f. 129-131. ita tamen, vt barbaree hu-
ius vocis iniudicium magis declinare, quam rei veritatem probare con-
tendar, cuius ruendae causa nihil habet, quod proferat, nisi loca que-
dam ex CYRILLO et AMBROSIO, quorum si veram sententiam, vt re-
liquorum omnium, quae ex Patribus allegare solent, ex Vener. ERNE-
STII nostri Antimuratorio intelligere rectius vellent, tricas illas philo-
sophicas de accidentibus panis, absque pane reliquis, destructa licet eius sub-
stantia, facile sine dubio dimitteret.

quasi comedendo utrumque sub una specie accipiatur; sed alterum manducare, bibere alterum, distincte praecepit. Non est, quod cum Christo contendas, FEBRONI: quid pro sola esca animae opus habuisset, separatis verbis dare corpus, separatis dare sanguinem suum? Ita enim Christo placuit, cuius in voluntate acquiescere nos decet eique obtemperare. Ita vero non placet ecclesiae Romanae, quae plus tibi auctoritatis vindicat, quam Christo eiusque verbo, ideoque non obstante prima institutione, qua sub utraque specie communicare Salvator iussit, sub una*) tamen id fieri posse per concomitantiam, statuit Conc. Trid. Sess. 13. c. 3., vi cuius, qui carnem comedunt, sanguinem simul accipere comminiscitur. Primae autem huius institutionis longe aliam FEBRONIVS rationem allegare nouit, cur corpus suum atque sanguinem, distincte utrumque ac separatum exhibere Christus promiserit. Quid hoc est, inquit, aduertite ciues et miremini perspicaciam viri, quid hoc est, nisi comedere prius maestatum? et cui maestatum? certe non manducaturis; sed Deo. Separatum igitur corpus comedendum, separatum sanguinem bibendum dare Christus non poterat, nisi prius fuisset maestatus. Cur non? Audi FEBRONIVM: Pascha nouum assimilauit veteri, quod praemisit. Pascha vetus autem prius immolabatur, deinde manducabatur — neque in more Iudeorum positum erat, tales escas participare, nisi prius Deo immolatas. Sic est communio eucharistica Christianorum: non participant manducando, nisi prius Deo immolatum. Reete, ita est. Habemus nos etiam pascha pro nobis maestatum i Cor. V. 7. quod in S. coena manducandum nobis exhibetur. Quando vero, et ubinam maestatum illud fuit? In ligno crucis, uno omnes ore respondent Apostoli, ubi Christus se ipsum Deo

*) Quam Iepide de hac communione sub una FEBRONIVS disputeret, v. f. 131. ubi nihil prouersus pro tuenda hac causa proferre nouit, nisi hoc, quod vix dignum tanto viro videatur, responsione profecto indignum. Coenantes, enim ait, in ecclesia Lauber: ceteros esse nunquam posse, an accipiant Christum, tametsi panem et calicem sumant. Cur non? en rationem, reddandam fere? quia nemo, nisi ab Episcopo consecrato rite consecratus, habet potestatem consecrandi corpus et sanguinem Christi. Quasi vero plus faceret ad naturam Sacramenti consecratio humana ministri, quam institutione diuina Christi. Quia igitur ratione prudentiam fraudare putat, eam eligere ecclesiam, in quo certius a consecrato sacerdote catholic, Christum totum atque integrum, sub specie solius panis accipianus, (contra institutionem Christi) quam a non consecratis ministris, Christum sub nullo ex duobus symbolis accipere, quibus tamen corporis sui et sanguinis promissionem dedit, sine aliqua consecrati ministri facta mentione.

VIII

Deo obtulit Hebr. IX. 4. semel obtulit, εἰς αὐθετησιν αμαρτιῶν v. 26. idque απολέξει et εφαπτολέξει semel adhibet Petrus i Ep. III. 28., non sine emphasi vel sexies reperit Paulus Hebr. VII. 27. c IX. 12. 26. 28. c. X. 10. Rom. VI. 10. ita quidem, ut Christum dicat semel se obtulisse, in oppositione sacerdotum, quibus quotidie necessitas incubuit, sua indies reiterandi sacrificia Hebr. VII. 27., cum Christo non opus fuerit πολλαχοὶ προσφέρειν σεαυτούς c. IX. 25. 26., quod semel fecit ita, ut repetita nulla oblatio admittatur, sed το δεινόν potius ei opponatur v. 28., vbi comparebit ad iudicium. Christus igitur non pertinet ad eiusmodi sacerdotes, qui sunt τας αυτας πολλαχοὶ προσφέροντες θυσίας c. X. 11., qui per suos in munere sacerdotiali successores, quales nullos habet, quamvis sacrificiuli Romanae ecclesiae tales videri cupiant, qui quotidiana per eos sacrificia faciat Missatica. Hoc ipso potius sacerdos ille summus et unus a sacerdotibus Iudaeorum aequo ac Romanensium sese distinguit, ut μιαν υπερ αμαρτιῶν προσενεγκάς θυσίαν, postquam vnum illud et sufficiens sacrificium morte sua expiatoria obtulit, ut hoc semel oblato, aliud nullum amplius admittat, sedens ad dextram patris. Cur autem rationem eius rei hanc subiungit apostolus: quoniam hoc uno sacrificio crucis, semel peracto, μη προσφέροντες τετελειώκεν εἰς το δινέκτενος v. 14., adeo satis in perpetuum et perfecte expiauit τας αμαρτιῶν, ut alio nullo praeter hoc vnum, nec huius quidem vnius repetitione opus habeant quotidiana. Vtrunque enim hoc satis diserte Paulus declarauit, ex quo sequitur, quod Missa verum nullum sit sacrificium, nec a Christo in Eucharistiae celebratione Deo oblatum, nec in eius institutione ordinatum.

Frustra quaeris FEBRONI: an immolatum Christum, an immolandum in coena Apostoli manducauerint? Vtrunque sume, nihil lucraberis. Immolandum acceperunt, si actum mortis cruentae respexeris, breui nunc consummandum. Immolatum autem, quod sensu dicitur αυγίου επφαγμένον αποκαταβόλων ποστά Apoc. XIII. 8. Ergo non prius se Deo immolauit, quam se manducandum praeberet Apostolis? Immolauit se, vt iam diximus, voluntate et consilio, non sanguinosa effusione, non mortis perpessione actuali. Qua vero alia ratione, Tu quidem FEBRONI, Christum prius se immolasse putas Deo, quam manducandum se traderet Apostolis? An forte ipso actu consecrationis panis et vini? Ita vero dona tantum illa Deo obtulisset; atque eo totus spectat Canon Missaticus, tam graecae, quam latinae ecclesiae veteris, quo sensu etiam coenae dominicae admis-

administrationem sacrificium Missæ nominarunt, improprie sic dictum, et mere symbolicum, repraesentatiuum nimurum et commemoratiuum sacrificii vnice veri, semel in cruce facti, quod copiose et euidenter demonstrauit Ven. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS in der Bündigen Antwort auf die 12. Briefe des P. Scheffmachers S. 339. seqq. vom Meßopfer. Quod si igitur Christus symbolica illa panis et vini oblatione, corpus suum atque sanguinem in imagine tantum Deo immolauit; quid inde? Ergo non ipsam tamen corporis et sanguinis sui substantiam in Sacra Coena Deo immolauit, quod demum in cruce fecit. Atque sic nec eadem est hostia in sacrificio Missæ, improprie sic dicto, quae est in sacrificio crucis vere tali, nec eadem esse potest vtriusque efficacia et virtus ad expienda mundi peccata. Ad hunc enim finem, ipse Saluator dicit in prima Eucharistiae institutione, tradendum adhuc esse corpus suum et effundendam sanguinem. An igitur in institutione coenæ nondum facta est peccatorum expiatio, sed fieri demum morte debebat? At dedit tamen Christus, dicens, *ipsam corporis sui tradendi, et effundendi sanguinis substantiam: edite, dicens; hoc est corpus meum, bibite, hoc est sanguis meus.* Recte, vtriusque substantiam vere dedit discipulis; non autem Deo vere obtulit, sed tantum in imagine. Ergo nec transubstantiationem, figmentum illud ecclesiae Romanae, vel promisit Christus, vel effectit, adeoque nec corporis sui et sanguinis substantiam offerre Deo discipulis praecipit, sed accipere iussit, et ad accipiendum tradere aliis: facite hoc! quod scilicet praceipi: edite et bibite, quoruscunque biberitis, in mei commemorationem 1 Cor. XI. 25. In instituendo igitur hoc epulatio eucharistico neutriquaque Christus sacerdotem se gessit κατα την ταξιδινη, secundum ministrandi morem Aaroni constitutum, ut se victimam Deo offerret; sed potius secundum agendi rationem Melchisedecum sollemnem, ut dona sua afferret hominibus, iisque benediceret, interprete Paulo Hebr. VII. 1. 6. 7. Neque enim Melchisedecus sacrificium aliquod *incruentum* Deo obtulit, cum panem et vinum Abraham ad reficiendum corpus afferret, non Deo offerret Gen. XIV. 18., neque Christus, cum pane et vino mediante, corpus suum et sanguinem reficienda animæ causa discipulis exhiberet, neque tandem vterque eorum in hoc suo sacerdotio successores admittit; est enim Christus aequo ac Melchisedecus ἀγενεαλογικός et μενων ἱερεὺς εἰς τοὺς δινύνεις Hebr. VII. 3. 24. Vi autem sacerdotii Aaronitici, uno Christus sacrificio crucis cruento, coque semel peracto, non faepius reiterando;

X

rando, quemadmodum Aaron gentis sua peccata viðimaru morte saepius reiterata expiavit, humani generis vniuersi redemtionem perficit. En igitur rationem FEBRONI, cur istud duplex Christi sacerdotium, ex mente Romanae ecclesiae abs te explicatum, agnoscere non possint Protestantes per conscientiam. Cur autem non vos potius Pontificii, ita illud ex ipsa Pauli sententia explicatum, agnoscere vultis? quae est eius rei ratio? Cur praeter unum illud sacrificium Christi cruentum, ad quod solum fidem nostram adstringunt Apostoli, cur contra Scr. S. oracula, *incuruentum aliud singitis, quo tamen carnem Christi et sanguinem immolari putatis?* Cur *incuruentum* illud, quod sacrificuli vestri comminiscuntur, aequo expiatorum esse docetis, cum tamen Paulus sine fanguinis effusione nullam fieri expiationem diserte profiteatur Hebr. IX. 22. Cur commen-tatio illo Missae sacrificio, unum hoc et verum, semel in cruce peractum, et aeternum validum, cur indies tamen illud repete? cur *num* indies ex solo pane productum Christum Deo offerre, pro expiandis viuentium et defunctorum peccatis offerre? cur indies pro quibus adeo vitae necessitatibus, immo pro vilissimis saepe, tantam victimam immolare, tot Missis Christum ipsum immolare audetis? quas leuissimo quisque pretio, pro felici rerum suarum, sordidis lamarum etiam successu, facile sibi comparare potest; quod profecto horrendum. Cur tot *Missas solitarias*, Synodo Moguntina iam an. 813. Can. 43. damnatas, et CASSANDRO aliquis prudentioribus Catholicis toties iam improbatas, cur illas tamen Synod. Trid. Sess. 22. Can. I. tuerit, quamvis emotiones earum et nundinationes, quas potissimum regni Pontificii quaesturam merito nominavit CHEMNITIVS Ex. Con-Tr. P. II. loco 6., sacrificio crucis Christi unico contumeliae sint et opprobrio? Cur in repetendo hoc sacrificio toties prouocatis ad merita omnium sanctorum, quae meritis Christi, vnicे veris Deoque acceptis, temere adiunguntur, ne dicam blasphemie, quasi sola illa diuini mediatores et sanctissimi non sufficerent? Cur panem illum consecratum, ex quo Christum factum esse mentiuntur, sacrificio Missæ Deo immolandum, cur Deo tamen non offerant semper, sed eundem portius, veluti Deum in hostia inclusum, *Venerabilis nomine circumferunt, et publice adorandum, non dicam, ludibrio exponunt irrloribus;* quod est prorsus a sacrificiorum indole alienum? Aut si vere Christum se immolasse credant; quod sine destructione victimae fierinequit; qua quaelo ratione immolatam hanc victimam, velut in hostia adhuc

adhus praeſentem, circumferre poſſunt et adorationi exponere? *)
Ex his Romanae ecclesiae commentis quis non intelligat, quantum
ſtitio hoc ſuo ſacrificio Miftatico valori detrahatur, et dignitati ſacri-
ficii Christi vniueſti et piacularis, in quo veroque nec idem eſt ſa-
cerdos, nec viſtima eadem et oblatio, nec fructus idem et effectus, vt
quidem FEBRONIUS nobis persuadere contendit. Abeat igitur
inuenio hoc ſuo argumento et fortiora quaerat, ſi velit vniueſti diſcen-
tientes.

Ea vero deficere virum doctum videntur, quare IV. errores de
propriis ſatisfactionibus et operum merito adeo leuiter tangit, vt vix
opus fit iis immorari. Nihil enim ad palliendos eos f. 106. proferre

*) Ad haec repondeat FEBRONIUS, que maioris momenti ſunt, quam
quaes f. 131. profert, ad sermonem Christi prouocans, qui ponat Chri-
ſtum ſub hoſtia, non diſparentem poſt verba (inſtitutionis nimirum) pro-
lata, ſed manentem, donec manducetur. Quid, inquit, cauſae eſt, quod
nolit adorari Christus ſub illo ſacro veſto? Chriſtum igitur ſub hoc ſacro
veſto confeſcrati panis, perpetuo manentem latere paras? Ita veſto qui-
dem piaे fraudis erroris grauitatem obtegere contendis, qua Chriſtum
ſum ex confeſcrato pane factum, ac hoſtiae inſluſum eſſe, fatuerubefciſ:
Vbi vero vel hoc tantum promiſit Christus, quod extra viſum S. Coenac ſub hoſ-
tia confeſcrata, tanquam ſacrum veſto perpetuo praeſens latitare velit, donec
manducetur tandem, vel etiamſi nunquam manducetur. Finge tamen hoc et-
iam FEBRONIUS, praeſentem eſſe Chriſtum ſub hoc ſacro veſto, quacunque
deum velis praeſentis singulari: An igitur adorare eum licet ſub quo-
cunque ſacro veſto, vbi eum praeſentem eſſe ſuſpicarum? Ita vero ſub
quacunque alia imagine eum adorare poſſemus, vbi veluti ſub ſacrum ali-
quo veſto praeſens eſſe putetur. Ita volumen Script. S., ita aquam
baptismalem, ita pium quemcunque hominem, in quo veluti templo
ſuo ſancto habitare promiſit, aequa ac Venerabile illud adorare, in iis
que omnibus Chriſtum venerari licebit, aequa praeſentem. In ipſo
quidem Eucharistiae viſu nos quoque Lutherani Chriſtum adoramus, ſin-
gulari prorsus ratione ſub ſpecie panis et vini benedicti praeſentem, ita
vt ſub hoc veluti ſacrum veſto ipsum corporis eius et fanguinis ſubstan-
tiam accipere, promiſſionis eius veritate freti, credamus. Extra hunc
viſum autem, ſub hoc ſacrum Chriſtum perpetuo latentem manere,
nec fingere licet, nec credere decet, fine promiſſione: quea autem nul-
libi locorum extat, ne talis quidem, qualem de arca foederis olim Iu-
daei habebant, qui tamen eam nunquam ita adorarunt, vt Pontificiū
Venerabile ſuum, in quo Chriſtum eſſe inſluſum, non palam quidem,
tete tamen fatetur FEBRONIUS hiſ verbis: quidviſum proceſſionibus pia-
deducatur ſub Psalmodiis inſulari arcae foederis? in qua vero Deum latere,
prudentiorum profecto ex Iudeis credit nullus vnuquam.

XII

nouit, praeter hoc: *historia ecclesiastica de poenitentibus his, qui post baptismum sunt lapsi, manifeste docet primitiua ecclesiam sensisse, quod Christus non sibiulerit onus satisfaciendi post peccata remissa, cui sensui sanctae matris cur quis repugnet multum, non video.* Laudamus merito hanc viri modestiam, quod neque palam negare audet, quae adeo manifeste Scr. oracula docent: *Christum pro peccatis omnibus eorumque poenis, temporalibus etiam; satis perfecte fecisse, quae vno maledictionis nomine omnia comprehenduntur Gal. III. 13. Tit. II. 14. 1 Ioh. I. 7. c. II. 2., neque Conc. Trid. decreta tuerit, quod Sess. 14. Can. 13. statuit: pro peccatis, quod poenam temporalem, Deo per Christi merita satisficeri poenis, vel a Deo inflatis et patienter toleratis, vel a sacerdote iniunctis, vel sponte suscepitis, ut ieiuniis, orationibus et eleemosynis, quibus dum satisfaciendo patientur, ex sententia Cap. 8. Christi Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, conformes efficiuntur, in quo merentur, in quo satisfacunt; quare benignitatem diuinam adeo laudat Catechism. Trid. P. III. n. 108. quod tantum indulserit infirmati hominum, ut virus pro altero possit satisfacere.* *Nihil est in hac explicatione, ait quidem FEBRONIVS f. 108. quod accepte religio aut conscientia Lutherano vetaret.* Probet autem haec nobis, non dicam ex Scr. oraculis, a quibus penitus abhorrent, sed ex primitiue tantum ecclesiae historia, vbi satis frequenter quidem commemo- rantur *satisfactiones*; neutquam vero *piaculares* eiusmodi, pro redi- mendis peccatis Deo praestanda; sed *canonicae* tantum, quas *tau- quis* Graeci dixerunt. Erant illae pars aliqua censurae veteris eccl- esiaisticae, quibus *disciplinares* accesserunt, quae olim veluti pietatis exercitia ad abolendos habitus vitiosos instituta, sequiori aetate erro- ribus his omnibus et abusibus occasionem dederunt, quos adhuc Romana ecclesia mirifice auertos tuerit, ut pluribus demonstravit DAL- LAEVUS de satisf. hum. Hunc legat, inuidum hucusque libellum, et mirari desinat FEBRONIVS, cur huic sanctae matris suae senten- tiae multum repugnemus, cum in omni novo dubio prudentissime sit in- quirendum, quid senserit de illo antiquitas veneranda et ecclesia primae- vi temporis, nam et ista sciuit Scripturas, et melius quam nos, an Christus poenitenti contrito omnem poenam voluerit condonare, nec ne. Non enim dubia res est, ut ille quidem putat, sed certa et manifesta Scr. S. veritas, quod peccata omnia condonare Deus, in profundum maris coniicere, nec eorum meminisse velit, adeoque omnes etiam aufer- re poenas, ita ut prorius nullum sit *καταρχημα* in his, qui sunt in Christo

XIII

Christo Iesu, in quo solo habent iustitiam coram Deo valentem, et immunitatem ab omni legis maledictione et ira diuina Rom. VIII. 1.2. Neque ea de re dubitauit vñquam veneranda antiquitas, quanto minus anathema illud Conc. Trid. pronuntiauit his, qui dixerint: *tanquam poenam simul cum culpa remitti semper a Deo; sed serio potius prohibuit, humanam traditionem diuinae dispositioni anteponere, ut supra CYPRIANVS monuit, quia consuetudo sine veritate vetustas erroris est.* Eo autem pertinet error ille satis vetustus de satisfactionibus propriis, quas quidem Christo adeo gloriosas esse putat FEBRONIVS f. 108., *quod eo cooperante mereantur fideles et satisfaciant Deo, facientes fructus poenitentiae dignos, quodque in Christo sit omnis eorum gloriatio.* Ita vero fucum facit imperitis tantum, qui non intelligunt, quod aequa vana et inanis haec sit gloriatio, quam commentitia illa Pharisaei: *ο Θεος ευχαριστω σοι* Luc. XVIII. 11. qua falla Christo tribuuntur et a vanitate hominum excogitata; speciosa quidem satis et philautiae grata; indigna autem Deo, qui praeter fidem in Christi iustitia, proprias a nobis ipsis satisfactiones nullas vñquam postulauit; indigna Christo, qui nunquam apertos nos ipsis efficere promisit, ad merendum et satis Deo faciendum precibus, ieiuniis, et eleemosynis. An gloriæ sibi duceret FEBRONIVS, si quis in gratiam Protestantium cum scripsisse librum suum de statu ecclesiæ laudaret, eiusque de ecclesia Lutherana merita celebraret? an non laudes eiusmodi criminationum loco haberet? Ita vero Christum etiam sciat, gloriari, ex operum bonorum meritis fallo sibi tributam, pro ignominia habere. Sic enim falsa Christo affingitur, quam nunquam desideravit gloria; vera autem illa detrahitur, quam tota ei soli vindicauit Script. S., quod fit *λαύπτεις* pro omnibus omnium peccatorum poenis 1 Ioh. II. 2., quod in eo solo, praeter quem nullus est aliis salvator Esa. XLV. 21. 22., omnis nostra querenda sit iustitia per fidem, non per opera, nec aliqua nobis gloriatio relinquatur Eph. II. 9. 1 Cor. I. 29, Rom. III. 19.27. Quare potiori quam FEBRONIVS iure, nos eiusdem verbis vtetur: *dicere, quod homo reconciliatus Deo per Christum, propter satisfactionem Christi teneatur, aliqua ratione de suo quoque satisfacere, hoc nobis Lutheranis, Latinis, Graecis purioris ecclesiæ, magno effet scandalo, quia antiquitus inauditum, et disciplinae antiquiori contrarium, alliceretque ad peccandum.*

Ex hac enim veluti sentia malorum, heu quanta prouenit farago errorum, quibus vix breuiter commemorandis, nedum refutan-

XIV

dis, temporis et instituti praesentis ratio sufficit. Prouenit ex hoc fonte V. error, *de operum bonorum merito*, quo quidem nomine FEBRONIVS prae*tendit* f. 109., nihil aliud intelligendum esse, quam mercedem, *totes nobis in Euangeliō propter Christum promissam*. Hoc autem si serio crederent Pontificii, quo quaeso iure gratuitam eiusmodi retributionem *meritum* nominare possent, quo ex communi loquendi vnu significatur, quod Paulus Rom. IV. 4. μαθεῖς dicit, ³ κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ Φελίππου, mercedem, non gratis promissam, sed debitam, quam suo quisque iure postulare potest, pro actione aliqua aut prae*statione* indebita, perfecte tamen ex alterius sententia et voluntate peracta. Eiusmodi meritum, gratiae Dei oppositum Rom. XI. 6., si suis non arrogarent operibus; cur *nihil amplius iustificari* deesse statuant, Conc. Trid. Sess. 6. cap. 16. quo minus plenius satisfecisse legi diuinae, et vitam aeternam vere promeruisse censeantur? cur anathema his dicunt, qui eos vere mereri gratiae augmentum et vitam aeternam negant? Ita enim ex iure plene satisfactionis, legi praefitiae, futurae vitae beatitudine mereri audent, tanquam mercedem operum ex debito, non ex gratia, quod Ser. S. manifeste reputat Eph. II. 8. 9., eoque sensu bona opera iustificatorum vere ac proprie meritoria esse vitae aeternae, ex communi omnium Catholicorum sententia docet BELLARMINVS L. 5. c. 1. de iustif. neque timet asserere: posse iustificatum gratia adiutum, et legem implere, et ea impletione vitam aeternam mereri L. 3. c. 23. de Pont. Rom. Talis meriti veritatem in operibus, his etiam, quae iustificationem sequuntur, nec FEBRONIVS, cui nihil facilius videtur, ex Ser. oraculis ostendet vnuquam, nec nos capere possumus cum iisque conciliare.

Prouenit autem ex hoc fonte VI. error, *de perfecta mandatorum Dei impleione*, quae FEBRONIVS etiam omnia docet, et singularia tam perfecte posse implere hominem, vt non teneatur sub amissione salutis ea perfectius obseruare f. 112. An igitur nihil deest eorum, quae vel ex ipso legis rigore iuste ab iis exigere Deus posset? An nulla in re amplius deficiunt pii et delinquent? In tenia falem FEBRON: ait, et quotidiana, quae etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadunt quidem; neque tamen ideo desinunt esse iusti. Bene, sunt tales, propter perfectam, quam fide habent, Christi iustitiam. An illi merito putandi, qui adhuc vitiis laborant, et in peccata incident quotidianas, quibus mandata Dei violantur? Perfectus is demum Iacobus

bo dicitur, qui ne verbo quidem in lege Dei offendit. Quo igitur iure perfecta dicenda erit eorum obedientia, qui quotidianis peccatis semper adhuc, in tot mandatorum Dei partibus delinquent? Ergo perfectius ex obseruare tenentur; atque sic imperfekte saltē et inchoante amando, ex ipsa FEBRONII sententia, non implent primum illud et maximum mandatum. Transgressio autem illa primi et maximi mandati, an peccatum mortale? an cum eo saluaberis? Ita ex nobis queritur FEBRON. f. 112. ita vero nos vicissim ex eo quaeremus, et quid ex vtraque parte respondendum sit, videbimus. Saluabor, recte omnino ait, Lutheranum respondere, quia fide apprehendo Christum, et sic facio, ne imputetur mihi illa transgressio. Ita enim venialis illa efficitur, vi perfectae satisfactionis Christi passione. Neque vero hoc sufficit. Fide enim apprehendo etiam satisfactionem Christi actiā, qua praecepta quaeque legis diuinæ perfecta sanctitate pro nobis impletuit, eaque per fidem nobis imputata, *dimiciorūa vobis* in nobis impletur Rom. VIII. 4. ita ut perfectam in eo habeamus et probatam Deo iustitiam 2 Cor. V. 21. Quia autem fide? ait FEBRON., perfecta, an imperfecta? Si fide solum inchoata et imperfecta, per quid aliud suppeditis imperfectum fidei tuae? Agnosce, in illa distinctione tua nihil esse firmitatis et potestatis, retinendi aliquem virum prudentem in hoc tuo dogmā. At bona verba quaeso. Non intelligi FEBRONI, veram evangelicas fidei indolem, eiusque ad salutem hominum relationem. Perfecta ea sit, vel imperfecta, nihil refert, modo vera sit, et animo, peccata quaeque serio detestante atque obsequioso, perfectam Christi iustitiam amplectatur. Ita enim non sua perfectione, non propria dignitate sua et virtute, sed vi sola iustitiae Christi perfectissimae, in qua sola acquiescit fides nostra, salutem a gratia Dei prorsus immerita et in Christo nobis promissa consequitur. Atque sic nos quidem Lutherani nouimus, ex Evangelii doctrina, rationem iustum firmamque tranquillandi animum aduersus excitatas a FEBRONIO dubitationes, et consequendi salutis spem certam, non obstante iustitiae operum, vel ipsius fidei imperfectione, nimurum vi iustitiae, quam in Christo per fidem habemus, perfectae.

Qua vero ratione solida, tu quaeso FEBRONI, haec ipsa, quae nobis mouisti dubia, ipse tibi, tuaeque fidei sociis eripies? Qua quae-
so ratione, Catholicos vos posse saluari, dubitantium animos confir-
mabis, quos ipse de sua salute perpetuo dubitare iubes? Imperfecta
est, vt supra demonstravi, omnis sanctorum omnium in hac vita obedien-
tia

XVI

tia, tot quotidianis peccatis contaminata. Spreto igitur hoc vno, firmissimoque consolationis et tranquillitatis fundamento, in sola Christi iustitia posito, per fidem nobis a Deo gratis imputata; quid reliquum vobis est, in quo spem certam salutis collocare possitis et fluctuantis animi sedare impetus? An non merito *de salute vestra semper vobis erit dubitandum?* Ita est, atque sic habes VII. errorem Romanae ecclesiae, in quo incorrigibilis est, et *irreconcilabilis*, vel maximo animarum derimento; eumque ipse quidem FEBRONIVS tuerit f. 115. 116., sat miseris argumentis, non autem intelligit, quod hoc ipso sua, de perfecta legis impletione, sententiae repugnet. Quicunque enim adeo perfecte impleret omnia Dei praecepta, ut *perfectius ea obseruare non tenetur*, ut supra f. 112. adstruxit, ille hac ipsa legis impletione vitam aeternam meretur, ex communi omnium Catholicorum sententia. Cur igitur non suo quodam iure ita certus esse posset de sua salute, ut de ea dubitare non opus sit? Ita vero noua FEBRONIO difficultas enascitur: quid opus sit a *purgatorio*, quod est VIII. error, sibi metuens, qui *perfecte*, ut docent Romani doctores, in Christo *satisfaciant*, et vere mereantur vitam aeternam? Prouocat quidem vir bonus f. 107.^o elabendi rimam querens, ad traditionem; eaque fauet aliquo modo precibus pro defunctis, et opinioni, de statu quodam intermedio, ad purgandas eorum mentes constituto; neutiquam vero ad explendas satisfactiones, pro poenis peccatorum temporalibus adhuc debitas. Commentum hoc est, quod apostolica traditio proorsus ignorat, idque IX. peperit quidem errorem de *indulgentiis*, quem pariter FEBRONIVS defendit f. 112. 113., quo ipso autem valde labefactatur purgatorii veritas. Hoc enim auferre facile et euacuare possent illi, qui plenas a poenis temporalibus indulgentias concedendi ius habent. Quo qui gaudet, siue Papa fuerit, siue ut vult FEBRONIVS, ecclesia, qualem quaeso potestatem habet? An *plenam*, eximendi ab igne purgatorio quoscumque voluerit? Cur igitur non omnes ab hoc malo liberat? An ex odio, ira et saeva immanitate, vel ex quaefusus cupidine, et turpis lucri causa? An tantum *limitatam* habet, eximendi quos debet digniores? quis autem norit omnium mentis vitaque statum, quanto cuique, et quamdiu opus fit hoc cruciatu? quot ad redimendas annas, vel sufficiant Missae, ne abundant, vel requirantur, ut sufficiant? Cur pluribus communissime indigent Magnates et Principes, vel illi etiam, qui maiora plerumque merita habent de ecclesia, aut Curia Romana, quam pauperes et infimae fortis homines, quorum vel negliguntur

guntur animae, vel tenui Missarum praefidio, vel nullo prorsus munitate, facileius tamen ex purgatorio elabuntur. An igitur nullam habebit potestatem, siue Papa, siue ecclesia, ex hoc carcere dimittendi animas? Ita vero ridicula fraus agitur, vniuersa illa indulgentiarum nundinatione, quam vel nuper tam CLEMENTIS XIII. Romae venditauit, plenasque promisit indulgentias his, qui in praesenti rerum ad curiam Romanam pertinientium difficultate, triplici Ave Maria, aliisque superstitionis pietatis exercitiis, praesto sibi eset futuri. His enim quid opus habent, quicunque plene iam satisfecisse erueruisse vitam aeternam censendi sunt? quid opus habent tot vigiliis, tot Missis pro defunctis, tot meritis sanctorum, ex votis monasticis in reliquos homines redundaturis, et ex thesauro ecclesiae comparandis? Miramur profecto vehementer dolemus, FEBRONIVM tantae doctrinae et perspicaciae virum, qui perantiquum illum et adeo inueteratum ecclesiae suae errorum de Primatu Papae, tam laudabili virtute destruxit; eum profecto miramur, non plures animaduertisse aequae graues ac periculosos eiusdem errores. His omnibus potius, qua fieri poslit ratione vix intelligimus, vt vel aliquam tamen veritatis speciem conciliare contendar, nullaque in parte veritatis quidquam concedat, ne illi quidem praestantissime, de iustificatione et salutre gratis, per solam Christi iustitiam, fide nobis imputatam consequenda, qua sola vera omnis conscientiae tranquillitas, sanctitatis Deo gratae integritas, spes denique vitae aeternae tota nititur. Ita enim acriter tuetur X. errores, huic doctrina oppositos f. 113, 114. de remissione peccatorum, non per fidem solam impetranda, siue stilo apostolorum, per fidem, non ex operibus, sine operibus, gratis, non ex debito operum, non per iustitiam legis, sed Christi, per fiduciam in ea ponendam. Per quid igitur aliud? per contritionem, qua ex nostra sententia, ad veram fidem animus debet praeparari, et per dilectionem, quam nos etiam ex fide vera necessario sequi docemus; utrumque vero peccatorum veniam a Deo mereri negamus. Neque Christus Luc. VII. 47. mulieri ideo dicit peccata multa esse remissa, vt putat FEBRON. f. 114., quia multum dilexit: sed inuero potius ordine, ex dilectionis eius magnitudine intelligendum esse ait, quod multa ei remissa fuerint peccata, quia, vt ex opposito sermonis membro palam constat, cui parum remissum est, ille parum diligit. Mirum autem non est, quod FEBRONIUS his suae ecclesiae opinionibus, toties iam profligatis, ita possit deuoueri, cum neque veram fidei euangelicae naturam, in solo assensu positam f. 115., neque genuinam iustificationis, ex sententia Scr. S. indolem intelligat, quam in habitualis iustitiae infusione ponit f. 117. 118., qua anima sancta efficiatur, munda sine quavis macula: eamque putat longe praferendam esse iustificationi

XVIII

Lutheranæ ecclesiæ, qua anima impia maneat, immunda, maculis plena, et tantum peccata tegantur per merita Christi nobis imputata; quo dogmate prudens nemo retinevetur in communione Lutherana. O vitam vero vir bonus intelligeret tantum ut rectius perciperet integrum doctrinae nostrae rationem, de fidei et angelicae virtute primo regenerante. Ea enim animus, seria peccatorum agnitione et contritione ex morte spirituali excitatus, suaque indignitatis et impotentiae sensu arque dolore humiliatus, ita cum Christo vnitur, ut in solis eius meritis acquiescat, omnemque in eius iustitia mediatoria spem gratiae et salutis consequendæ ponat. Hac fructu fiducia, et Salvatoris sui intercessione munitus, ad gratiae thronum accedens, vim fidei experitur secundo insufficientem, qua coniunctus cum Christo in eiusdem communione vivens animus, factus ab eo peccatorum omnium expiationem, et pro se praefitam legi diuinæ satisfactionem, Deo offert perfectissimam, vt premium suæ redemtionis, adeo probatum reconciliatio iudici et acceptum, ut solo eiudem valorē sibi imputato, adeoque sola fide, quæ nullo alio quam Christi merito nititur, absolutionem ab omni tam culpe, quam poenae reatu, quæ iustificationis nomine venit in scriptis literis, a gratia Dei in Christo nobis promissa accepit, et delictorum omnium veniam gratis consequatur, vna cum spe certa favoris diuinæ, omniumque gratiae et salutis bonorum in hac et futura vita. Ex quo tertio vis satisficens sequitur, quæ tanta bonorum, tam copia, quam magnitudine commotus animus, ad quaerandam in Deo solo voluntatem sumnum omnemque felicitatem suam compellitur; unde habitus amoris enscit, qui animum ab inordinato quocunque sibi ipsius et rerum omnium amore, dilectioni Dei subiiciendo, abstrahit; in quo positus est habitus abnegationis, ex quo vtroque seria mentis propensio oritur, ad ardenterissimum placendum Deo promptoque et obsequioso animo voluntatis eius decreta omnia exequendi studium, in quo verae virtutis habitus continetur. Hanc si probe intelligeret FEBRONIVS doctrinæ evangelicæ indolem, an ita offendereatur, secura nostra Theologia, quod adulteros, forniciarios aliquos enormes peccatores, quos fideles Concilii Tridentini restituuntur, inepite tuerit f. 116., quod eos inquam, a communione fidei vere, non externa quidem, quam ore profiteri possunt; interna tamen excludimus, quia quoad in peccatis perseverant, destituuntur, quamvis ad eam, si ordinis salutis obsequentur, peruenire possint. Ad miraretur f. 117. quod improbus possibiliter voluntatis negamus, non natura bona, sed spiritualiter et sensu biblicæ bone, Deoque per Christum gratiae; quod quidem Concilii Tridentini Sess. 6. Can. 7. improbat, satis autem vindicauimus Apol. Aug. Conf. f. 105. An adeo inepite confundenter f. 118. 119. libertatem ipsam voluntatis, quam nemo vñquam nostrum in dubium vocavit, vñ vel ex Aug. Conf. Art. 18. constat, cum naturalibus liberi arbitrii viribus, ad salutarem honestitatem vitaque emendationem, vel inchoandam, vel perficiendam, quas penitus homini, contagione peccati haereditarii infelio deesse, Script. S. consentiente i Cor. II. 14; 2 Cor. III. 5. Phil. III. 13. docemus. An dubitetur f. 119., reliquum abducit renatus concupiscentiam esse peccatum vere et propriæ tale, cum sit vitium naturæ corruptæ legi diuinæ repugnans, quod ipse f. 120. fatetur, eoque ad peccatum originis eandem esse referendam concedit, de quo tamen inutiliter multa disputat f. 121. Stories iam a nostris refutata. An posset nostram improbare doctrinam de insufficientia per fidem solam, sine operum merito f. 108. seqq. f. 113. seqq. et de consequenda per eam certitudine salutis f. 116., quia fideles in Christo omnes, sola meritorum eius virtute, et infallibili promissionum gratiae veritate fredi, per internum spiritus S. testimonium, quo veluti pignore haereditatis suæ obsignantur Eph. IV. 30. Tale aequa gaudere possunt, ac Paulus, sine peculiarari revelatione.

Tale enim hoc est consolationis genus, quod fatente ipso FEBRONIO, libentissime ac eptarent Catholicis, si nasci hoc in cordibus suis experirentur: Nolunt autem, inquit, vana persuasione se decipere conscientiasque sospite affectata fidei particularis certitudine, guariri, quod dixerit Apostolus 1 Cor IV, 4: nibil mihi conscius sum, sed non in me iustificatus sum, et ad Phil. II, 12: non scripsiterit: non est opus, ut in metu et tremore salutem vestram operemini, sed omnem pavorem potestis deponere hoc solo, quod credatis, vos babere vobis placatum Deum per Christum; sed contrarium: cum metu et tre-

more vestram salutem operamini. En speciosie pietatis documentum, quo inique septam misericordia hominibus spem vitae aeternae palliare nouit FEBRONIVS, quo amen ipso simul rationes continentur, cur experiri omnino nunquam possint Catho-
lici dulce hoc consolationis genus. Decipere se nolunt fide illa particulari, qua
solidi salutis obsequiosus quisque, gratiam Dei in Christo vniuersalem, tanquam
speciationem acquisitionem, fibique promissam et oblatalem, amplecti potest, ac recipere
debet fiducia illa specialis, de qua Paulus Gal. II, 20. Phil. III, 8. 9. 1 Tim. I, 12.
om. VIII, 38. 39. Hac, inquam, tradita in Scripturis et a Deo nobis imperata
de, decipere se nolunt, sed pro vana eam persuasione, eiusque certitudinem pro af-
fectoribus habent. Vane autem illa persuasione de propriis operum suorum, et alienis
sanctorum meritis, de affectata Missarum dignitate, et indulgentiarum virtute,
decipere se malunt, quamvis commenta haec sint, omni Ser. S. testimonio destituta.
Carum se nungquam posse sentiunt, et cum Paulo proferuntur 1 Cor. IV, 4, et hoc tamen
non obstante, per propriam legis iustitiam, et pro peccatis satisfactionem, iustificari
sunt, quam per solam Christi iustitiam fide apprehensam; sanctorum implorare
gratias eiusque intercessione omnem ponere fiduciam. Quid mirum, quod terrean-
as, et auxilia, eorum merita sibi comparare sicut malunt, quam in solis Christi
verbis Phil. II, 12, quibus cum metu et tremore operari salutem iuber:
quod ramen nihil aliud est, quam summa cum veneratione Dei, cum sollicitudine et
cum sumptione animi, diffidentis quidem sibi suisque viribus, in via salutis incende-
re, et perficere pro sua in nos benevolentia. Hoc frei praefidio operantis in
ceteris, nos etiam Luthetani salutem nostram operamus, sive per veram in Chri-
stum fidem, bonus operibus secundam, obscurere contendimus, folcite quidem et
timore Dei, quod dicitur cum metu et tremore 2 Cor. VII, 15.
VI, 5. Elsa. VIII, 13., ne falsa fide et simulata pietate decipiatur; nihil tamen
potius perficietur, quam summa de gratia Dei in Christo, per eamque obtinenda salutem anxie dubitantes, sed
alii, quae promisit Ioh. X, 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48., nobis esse seruaturum.
Cur non eadem salutis via, vt obsequiosae Chri-
stianorum cum studio et timore Dei, nos etiam Lutherani
dubitare, per operum merita ius vita aeterna sibi comparare contendant?
Cur suam ipsi potius ita operari malunt salutem, vt cum metu et tre-
more Dei, nos etiam Lutherani salutem nostram operamus, sive per veram in Chri-
stum fidem, bonus operibus secundam, obscurere contendimus, folcite quidem et
timore Dei, quod dicitur cum metu et tremore 2 Cor. VII, 15.
VI, 5. Elsa. VIII, 13., ne falsa fide et simulata pietate decipiatur; nihil tamen
potius perficietur, quam summa de gratia Dei in Christo, per eamque obtinenda salutem anxie dubitantes, sed
alii, quae promisit Ioh. X, 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48., nobis esse seruaturum.
Cur suam ipsi potius ita operari malunt salutem, vt cum metu et tremore Dei, nos etiam Lutherani salutem nostram operamus, sive per veram in Chri-
stum fidem, bonus operibus secundam, obscurere contendimus, folcite quidem et
timore Dei, quod dicitur cum metu et tremore 2 Cor. VII, 15.
VI, 5. Elsa. VIII, 13., ne falsa fide et simulata pietate decipiatur; nihil tamen
potius perficietur, quam summa de gratia Dei in Christo, per eamque obtinenda salutem anxie dubitantes, sed
alii, quae promisit Ioh. X, 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48., nobis esse seruaturum.

C 2

Vobis

XX

Vobis Catholicis, tot tantaque operum vestrorum, quae crepatis, merita, tot insinuationes, de perfecta mandatorum Dei obseruatione, deque summa in seruorum ecclesiarum praeceptis institutisque humanis querenda iustitia? Quid iuvant tot satisfactiones propriae, tot sacramenta, tot sanctorum inuocaciones et merita, totrum pro vobis deprecationes, tot sacrificia Missae, indies repetita, tot indulgentiae haec omnia quid iuvant, si dubitantem de sua salute animum tranquillare nuncupant, si spem certam futurae felicitatis in eo efficere nullam possunt? Maximum proposito illa est aduersus vitia praesentis calamitates quascunque, et tremendas mortales terrores solatium, quod primum merito in sua quicunque religione querit, quando hoc destitutus praesidio, quod de sua FEBRONIVS fatetur, quis questo prout talem amplectetur religionem, que in summa hac et urgente necessitate, suam fidem adiumento deserit? Talis autem est religio Romano-Catholica, que vera nulla fuit, tanti solaminis, tamque necessarii fundamenta, ad vitam bene beatitudinem ab ipso agendam ex mortem tranquille subeundam; solidam autem illa respuit, que ab ipso defraudeatur, in sacris literis suppeditantur, eaque eripere alis, labefactare, immo penitus perire contendit. Fustra igitur cum ea non vniue contendis FEBRONI, ad hanc fratrem nos redire iubet ecclesiam, quae hoc vitiae nostras praesidium, hoc mortis hominibus, eaque vacuos sinit esse, dubitantes de sua salute, et trepidantes a morte ignis, sine purgatoriis, sive infernalis, vacuos ex hac vita migrare iuber.

Tali religione, quis Vefrum, Cives optimi, alliciatur? quem vanarum pectorum eiusdem externi species et forma inanis? Quis sua cupidos fularis vanilicam felicitatis, breui periturae, commoueri animum, et ab iniusta iudei vanilicam veritate dimoueri se patiatur? quae robore diuino firmat fidelium mentes, spe certa consequenda per Christum, huius et futurae vita beatitatis. I enim mens ille est, quem fide et obsequio veneramur, salutis nostrae Princeps, quem solum foliata superfluois sanctorum inuocatione, precibus adoramus hummiliatus, in gloriam folio gloriamur: ubi est mors, stimulus tuus! ubi tua, infernum, victoria! gratia! item sit Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum! C. XV. 53. 57. Ille solus est, qui rediuvius ex morte piaculari, qua vitam nobis regenerauit, triumphus egit de salutis nostrae inimicis talem, de quo exultantes, induciti daemoni, inferno, mortis periculo, et gloriose ostentare possumus: laudatus sit dominus pater Domini nostri Iesu Christi, qui pro ingente sua misericordia nos regenerauit, et extitit nos ex aversu. I. X. ad summae vitae aeternae, quae via est et effigie emendandum et tranquillandum animum, per resurrectionem Iesu Christi est et efficax tuus. 1 Pet. I. 3. Dicit de hac illustri victoria, pars hominibus per gloriam redirem usq[ue] ad nostram resurrectionem, Nobilissimus et optimae speci Iuuenis DANIEL GEBHARDUS Cibinio Tranfyluanus, Theologiae Candidatus dignissimus, qui ante suum in partem reditum, hoc industriae suae et doctrinae specimen reliquere nobis, coeq[ue] gaudet nos, cuius memoriam ex animo nunquam dimitter, salute. Quem pro Acedia audiebat, Vos ILLVSTRISSIMI COMITES, VTRIVSQUE REIPUBLICAE CERES, COMMITITONIS GENEROSISSIMI NOBILISSIMI, omni qua parte humanitate rogamus. P. P. in Vigiliis Paschal. A. R. S. CICIOCLXVIII

LIPSIAE, EX OFFICINA LANGENHEMIA.

VI 216

5. + 24. 8 in 2:20

23 = \bar{e}

39 = t .



3

TA \rightarrow 2

vd 18

VD 77

I
04.2.2007 sd,

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres



RECTOR
ADEMIAE LIPSIENSIS
AD
CRA PASCHALIA
ORATIONE ANNIVERSARIA
IN TEMPLO ACADEMICO
PIE CONCELEBRANDA
INVITAT.

*De Romana Ecclesia irreconciliabili.
Spec. II.*